



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres



# Hesiodi poete

Georgicorū liber: per Ni-  
colaum de Valle cōuersus  
e greco in latinum.

MAGISTER GREGORIVS LATI-  
cephalus deKonitz Lectori.

Ex agro celebres vrgentur viuere reges:  
Viuit foecundo maximus orbis agro.

Atteritur vomer/ tum sudat taur<sup>9</sup> aratro-  
Vt domini digitis aurea dona gerant.

Agricolę inūeras ducūt & i horrea fruges:  
Cūcta suis pascāt oppida pulchra cibis.

Fœlix diuitias fidis qui congerit aruis.

Haud nugis quenq̃ decipit ille suis,  
Sed claros soles/ largū iā postulat imbrem

Constanti diuos orat & vsq̃ prece

Aruorū cultus Ascrea natus in vrbe

Hesiodus docuit, lector amande legas.

# IOANNIS HONORII CVBITENSIS

## Præfatio in librum Georgicorum

### Hesiodi Ascrei.

Hesiodus su-  
bito a musis  
factus poeta.


Ascrea Hesio-  
di patria

Alia transla-  
tio Ascræ rus-  
sice penes  
hic Helicōa  
colebat Hesio-  
berno dirum  
triste estu op-  
tabile nunquā

Laus agri-  
culture et agri-  
colarū

De Aglaop-  
phodio lege  
Valerij Ma-  
ximū li. vij.  
ca. i. et Plini-  
um. li. vij. ca.  
xvi.

**H**esiodus fuit poeta antiquissim⁹: dū fili⁹ ex Pycnide  
vxoze: quē oues p̄ris in Parnaso mōte pascentē muse  
rapuisse dicunt: ac poetā fecisse munere calamosi. qđ  
Quidi⁹ li. fastorū vi. tetigit cū ait. Ecce deas vidi: non  
quas p̄ceptor arādi: Viderat. Ascreas cū sequeretur oues.  
Idē in arte amādi. Nō mihi sunt vise Lio Liusq; sorores Serva-  
ti pecudes vallib⁹ Ascrea tuis. Et Vergili⁹ in buc. inquit. Hos tibi  
dant calamos: en accipe muse. Ascreo quos ante seni: quib⁹ ille so-  
lebat: Cantādo rigidas deducere montib⁹ ornos. Eius patria fuit  
Ascrea vicus Boetie ad Heliconē: quā ipse improbavit: vocās di-  
rā hyeme: tristē estu: ac nunquā optabilē. Quidi⁹ in Ponto. Esset p-  
petuo sua qđ vitabilis Ascrea Musa est agricolæ musa docere senis.  
Uñ et ipse Hesiodus in hoc opusculo de genitore suo loquēs sic ait:  
Hic me⁹ ille quidē genitor dū paup egeret. Errabat: maria alta se-  
cans fluctusq; pfundos. Ille olim eolidā Lumā: atq; ea littora lins-  
quens. Appulit huc nō spe lucri cōmotus auara: Durū opus exer-  
cere inuisa vrgebat egestas. Ille vag⁹ demū ppe tempe Helicōia  
sedē Ascreā incoluit celi in regiōe molesta. Frigore nūc nimio: nūc  
intolerabilis estu. Hūc fuisse tpibus Homeri ostēdit Belli⁹ ex epi-  
grāmate qđ apđ Heliconē in tripodē musis Hesiod⁹ ipse dicat.  
Hic poeta ad Persen fratrem scripsit librum quē appellavit opa et dies  
Ubi docuit quēadmodū agri: et quib⁹ tpibus colendi essent. et adep-  
t⁹ est palmā i medio dicendi gñe: vt Quintiliano videt: licet Vergi-  
lius eū supasse putet in Georgicis: autore Servio. prim⁹ certe He-  
siodus metricē scripsisse dicit de agricultura: quæ sola est ex q̄ qst⁹  
stabilissim⁹ hōnestissim⁹q; cōsequit: minimeq; inuidiosus: quam  
Aristo. in Oeconomico potissimā fm naturā possessionū cōmemo-  
rat. Quocirca olim Delphic⁹ Apollo Aglaū p̄rophetiā dixit esse  
felicissimū: qui parvū quidē p̄diolum colebat: sed annuis victib⁹  
large sufficiens: ex quo nunquā egressus ferebat. Uñ Vergili⁹ tam  
vere qđ eleganter li. ij. Georgicorū ait O fortunatos nimis sua si bo-  
na norint Agricolas: quib⁹ ipsa procul discordib⁹ armis. Fundit  
humo victū facilē iustissima tellus. Et ab Horatio in carmine Epo-  
do decentissime dictū est. Btū ille qđ pcul negotijs Ut p̄isca gēs  
mortalū Paterna rura bobus exercet suis Solutus omni fenore:  
P̄terea sine agri cultorib⁹ nec cōsistere mortales nec alī posse ma-  
nifestū est. Quāobrem qui rura coluerūt piam et utilē vitā agere cre-  
debant. Qm em rerū ex qbus aliqd acq̄ritur: nihil est agricultura  
mell⁹: nihil vberi⁹: nihil dulci⁹: nihil libero homīe digni⁹. De agricul-  
tura igit tam laudata: t̄q; frugifera: scripsere permulti: quorū bonā  
partē Terentius Varro: qđ rem rusticā expoliuit noiat. Plini⁹ autē



li. xiiij et Columella li. p. i. o scribūt q̄ Hesiod⁹ pnceps oīm de agri cultura pcepit. Quē secut⁹ Vergili⁹ in Georgico carmine ait Alcreumq; cano Romana per oppida carmen. Scripsit etiam Hesiodus Theogoniam ⁊ quedam alia.

**I**n libro Georgicorū dixit Dimidiū esse plus toto. Quid p hoc intelligi voluerit. Declarat Philipp⁹ Beroald⁹ Bononiensis vir q̄ clarissimus in appēdice annotamentorū in duodeci cesares Sueto-riū tranquillū dicens. Hesiodus in libro cui titulus opa ⁊ dies versū hūc posuit. Ignorāt stolidi q̄ toto sit mediū plus. Dissoluēda q̄stio est: cuius mentionē fecit Silius li. xvij. nociū atti. Nec tamē reliquit explanatū quid Hesiodus se dicere sentiat: cū dimidiū plus toto esse dicit: quod cōmuni planie sensui videt̄ reluctari. Plato li. iij. de legibus planissime explicat hoc ambagiosum. Scribēs rectissimē dictū esse ab Hesiodo Dimidiū plus esse q̄ totū. quōdo videlicet totū cōprehendere noxiū esse: Dimidiū nō tēperate se habet. Hīnc intelligi voluit Moderatū immoderato plus esse: utpote melius deteriore. Docetq; principatū moderate cōstituendū esse: ⁊ ad mediocritatē redigendū. Idē li. iij. de rep. laudās vitā moderatā tanq̄ optimā. Hesiodū illud sapienter dixisse cōmemorat. Dimidiū plus esse q̄ totū. Consiliter Aristoteli. iij. politicoz. Dimidiū plus esse toto docet: ex eo q̄ gubernatio temperata durabilior est ⁊ melior: q̄ impotēs ⁊ immodica. Ideoq; Phocillides bonis optavit multa: mediocribus optima: ⁊ ipse mediocris esse voluit in ciuitate. Idē Aristoteles p̄fitē mediocritatē ⁊ mediū esse optimū: mediocriq; fortune bonoz possessionē ait optimā omniū esse existimandā Idem in Ethicis Virtutes mediocritates esse tradit. Ex q̄ colligit̄ mediū ⁊ moderatū optimū esse in vita degenda: ⁊ degenda: ⁊ plus q̄ totum appetendū. Ad me preterit aliter ab alijs Hesiodi versum exponi solere. Sed hec Platonica a nobis ⁊ Aristotelica interpretamenta magis p̄bant. cū eruditiora sint ⁊ veriora. Nec ille. Quidam dixerunt Hesiodum contendisse carminib⁹ cū Homero: fuisseq; victorem: quod indicat tripos positus ab Hesiodo cū hoc epigrammate Hesiodus dedit hoc spectabile musis: Diuinum cantu cum Calcide vicit Homerum.

Quid intelli-  
gi voluerit  
Hesiod⁹ cū  
scripsit dimi-  
diū esse plus  
toto.

Moderatum  
meli⁹ immoderato.

Virtutes me-  
diocritates.

Hesiod⁹ cū  
Homero car-  
minib⁹ cōten-  
disse dicitur.

**F**inis prefationis.

A ij

**PIO.II. PONTIFICI MAXIMO  
NICOLAUS DE  
VALLE.**

**s I vacat Enea rerum dignissime Præsul:  
Grataq; sunt animo carmina nostra tuo  
Perlege quæ quondam dulci modulatus auena  
In Latios ausus vertere Græca modos.  
Ascrei inspicies poetæ:  
Græcia quo quondam floruit Hesiodo.  
Hæc fuerant ( fateor ) plectro meliore canenda:  
Hic opus ingenij quippe senilis erat.  
At quia nonnullos tam magna superbia vates  
Eleuat: vt nullo græca in honore parent:  
Sum tamē hoc ausus bisseptē & quattuor annis  
Dum mea labuntur lustra trahente dea:  
Sumpsimus & tenues græcorū e fontib<sup>9</sup> haustus;  
Mixtaq; cum græco lingua latina fuit.  
Quicquid id est ad te vatū clarissime vates  
Mittimus/es clario non minor ipse deo;  
Suscipe: & Hesiodū placido complectere vultu;  
Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.**

## LIBER PRIMVS.

HESIODI POETAE GEORGICON ER-  
ga. Raifmerai. i. opera & dies Liber Primus.

p Ierides musę quarū viget inclyta cantu  
Fama ducū: & vñi dec<sup>9</sup> imortale parēis  
Dicite cur hominū pars hæc sine nomine vitam  
Ducat & illius cur fama æterna per altum  
Euolet. hæc Iouis est magni diuina voluntas:  
Ille etenim altitonans summi regnator Olympi  
Excitat imbelles animos / & fortia corda  
Debilitat: duce quo fortuna inimica superbos  
Deprimit: atq; humiles clarū super æthera tollit  
Tum mala mēs hominis meliorē inclinat ad vsum  
Et cupiunt molles crudelia pectora cultus.

Exaudi quicunq; polo specularis ab alto  
Cui nihil ignotū est: sanctissima dirige iura  
Iusticiæ: liceatq; mihi fraterna monere  
Pectora: & ignotos viuendi ostendere mores.

Sunt geminę in terris quibus altercant ī vnū  
Mortales causę / varia quæ mente trahuntur.  
Vna quidem studium laudabile sedula curat.  
Altera crudeli rerum depascitur haustu,  
Bella cupit / pugneq; exercet iniqua tumultus:

A 11j

## GEORGICORVM HESIODI

Inuisum atq; atrox pestis genus/hanc tamē ipsi  
Mortales fugiunt/tandemq; volentibus hāc dijs  
Exoptāt-nequeuntq; huius cohibere furores.  
Illam aut prius obscure genuere tenebre.  
Sed fato meliore pater Saturnius illam  
Et generi humano-& terrę radicibus imis  
Imposuit/segnēs artus & inertia corda.....  
Excitat.alter enim segnis,cui vita manebat  
Alterius spectans cumulos mora nulla-bouesq;  
Iungit-& impresso terram diuertit aratro.  
Siue domū curat-siue inserit-alter ad artes  
Vicinum vicinus agit.laudabilis hæc est  
Pugnandi ratio,fugienda sed altera- sub qua  
Inuidet aut figulus figulo/vel egenus egeno  
Siue faber fabro-dulcisq; poeta poetę.

Hæc mea dicta p̄cor toto cape pectore Perse  
Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi  
Auocet a studijs , pugnandi inimica voluntas.  
Nemo forū sequitur quē nō fouet annua messis  
Et bene clausa domi Cereris gratissima dona  
Hæc q̄renda prius/dehinc-si vacat /i pete vulgus  
Et fera in alterius rebus certamina pone.

## LIBER PRIMVS.

At non illud ages iterum germane quod olim  
Ausus es infœlix, litem hanc data iura resoluēt.  
Scis quondā iter nos patria est partita facultas :  
At tu nil iusta multum plus parte vereris  
Tecum efferre rapax, corruptus munere iudex  
Ille tuo est : sub quo tota hæc sententia pender,  
Ignarus / non nouit enim q̃p dulcius / aut q̃  
Sit medium toto melius / seu viuere malua  
Vtilius / quantum dolci seu viuere porro  
Hos veterum victus occultauere superni,  
Inq̃ polo retinent cœlestes, tempore quorum  
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore  
Vna quiescētī tibi, dehinc alimenta parabant  
Annua, tunc poterant temonis robora fumo  
Exploranda dare, & nulli iuga curua p̃mebant  
Terga bouum - nullum hemiones sensere laborē,  
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores.  
Ira Iouis - cum se deceptum fraude Promethei  
Sensit : & illius causa mortalibus auxit  
Curarū moles - subreptūq̃ abdidit ignem.  
Reddidit hunc iterum terris / curuaq̃ latentem  
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti

## GEORGICORVM HESIODI

Iapetionides iacto qui fulmine gaudet  
Lusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram.  
: Hæc pater effatus nubis collector aquosæ  
Iapetionide/ cuius prudentia cunctos  
: Consilio excellit- magnum spreuisse tonantem  
Arte tua gaudesq; dato mortalibus igne.  
Heu nociture tibi- generi nociture futuro.  
Tale mali genus excutiam quo pectore toto  
Exultent homines cupidi sua damna ministrēt.  
Subrisit fatus diuum pater atq; hominū rex  
Vulcanum aspiciens/ atq; illi talia mandat,  
Vade celer speciem e terra mixtoq; liquore  
Confice mortalem- cui vocem & robora iunge.  
Sitq; ea virgineæ cœlestis imago puellæ  
Quā sibi quisq; velit- dea q̄ doctissima Pallas  
Instruat/ & varias percurrere pectine telas.  
Adñciat capiti facilem Venus aurea formam,  
Curet vt assidua stimolata cupidine corpus.  
Interpres superum victor Cyllenius Argi,  
Fallacem addat mentem & fallacia verba  
Dixerat: imperio Iouis annuit æqua voluntas  
Cœlicolum. exemplis fingis Vulcane puellam

## LIBER PRIMVS.

Virginis ora deę similem/quā glauca Minerua  
Cinxit/& ex omni fulgentem parte poliuit.  
Hinc etiam Charites etiam celeberrima pytho  
Aurea candenti posuere monilia collo,  
Effuseq; comas horæ de flore coronam  
Vernali tribuere deę. tamen attica Pallas  
Illam præcipuo formę decorauit honore,  
Et superum interpres victor Cyllenius Argi  
Fallacem attribuit mentem & fallacia verba.  
Sic pater altitonans diuino iusserat ore.  
Quādoquidē dederat sua munera quisq; deorū:  
Mercurius merito Pandoram nomine dixit:  
Exitiale malum mortalibus & fera pestis.  
Postq; aut tantus confecit Iuppiter astus:  
Mercuriū ad magnū iubet ire Epithēa/dono  
Cui ferat hęc. q; nil veritus: pcepta Promethet  
Cæpit-& accepto nouit sua damna Epimetheus  
Nam prius humano generi secura manebant  
Tempora: nulla mali species aut cura laboris  
Morborumq; genus/tristem qui funeris atrī  
Corripuere viam/quibus omnis frangitur ætas  
Viuere dulce fuit. quadam sed tegmen ab vrna

## GEORGIBORVM HESIODI

Dum Pandora leuat totum exiliere per orbem  
Curarum infestę effigies. spes sola remansit  
Intus/ & e labris ima sub parte resedit  
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti.  
Sic qui fulmen agit nubis collector aquosę  
Iusserat. innumereq; etiam mortale vagantur  
Per genus i fande species/ quibus equor & omnis  
Terra infecta tumet/ morbi noctesq; diesq;  
Spõte sua sine voce ruūt. nanq; ab Ioue summo  
Ablata est illis quęcunq; potentia fandi  
Sic impune parens offenditur ille deorum

Si vacat o frater. si non audire recuses:

Ordine plura canā. genus immortale creatum  
Ac mortale simul credendum est. aurea primū  
Secula dij superi totum sparsere per orbem  
Tēpore quo cęli imperium Saturnus habebat:  
Tunc homines diuū viuebant more: nec vllas  
Anxia curarum moles: operumq; labores  
Cassabant/ aberat tristi cum mente senectus:  
Semper & in valido regnabant corpore vires:  
Nulla mali labes: conuiuia leta placebant:  
Mors similis somno fuit/ atq; vberima tellus

## LIBER PRIMVS,

Omnia liberius nullo cogente ferebat,  
In commune bonū/nec quisq̃ inuidit habenti,  
Qm̃ foelix ætas erat omnibus vna voluntas/  
Et taciti lætos soluebant pectora in vsus  
Aurea postq̃ hominū paulatim defuit ætas:  
His pater altitoās meritos adiunxit honores  
Sub terris habitare dedit: qui numina facti:  
Et genus humanū/sancte quoq̃ iura tuentur  
Iusticię/tenebris circumfusiq̃ peragrant  
Terrarum fines & opes mortalibus augent.

Proxima successit terris argentea proles:  
Auro deterior/sensuq̃ & moribus impar.  
Tunc sibi quisq̃ suæ fecere sub vbera matris  
Otia mortales: paulatim adoleuit in annos  
Ingenij rude principium/quo decolor ætas  
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.  
Aucta tamen postq̃ ad summū peruenerat ætas  
Vitiendi breuius spatium fuit, anxius ardor  
Curarū incumbens aderat, quas improba mētē  
Gaudia fecerunt/alterna iniuria nunq̃  
Destitit, & nulla in superos reuerentia/nullos  
Sacrorum ritus ætas argentea vidit.

## GEORGICORVM HESIODI.

Hanc deus extinxit / meritā flammatus in iram :  
Postq̃ hominū oculuit argentea secula tellus.  
Non tamen illorum sine nomine vita recessit :  
Sub terrisq̃ dei sedes coluere secundas.

Tertia post illam successit aenea proles.  
At nihil argento similis-driadumq̃ creata  
Sāguine : dura quidē robustaq̃ pectora tendens  
Tota feri misero Martis feruebat amore  
Nulla quies illi : nullum ius. durior ætas  
Ipso adamante fuit / vultu metuenda superbo  
Cui nunq̃ inuictum robur-fortesq̃ lacerti  
Defuerant humeris : tunc ærea tela / domusq̃ :  
Omnis in ære labor-non ferri emerferat vsus.  
Hæc aut̃ proprio proles consumpta furore  
Ad gelidi loca nigra dei sine honore recessit  
Et quanq̃ extiterit inuicto robore / ab atra  
Morte tamen victa est : solis lumenq̃ reliquit.

Post aut̃ occulta est-atq̃ ænea corruit ætas/  
Quarta fuit soboles melior / cui plurima toto  
Iusticiæ hærebant animo præcepta verendę  
Diuinum genus heroum-primūq̃ vocari  
Semidei / immensos illi potuere per orbes

## LIBER PRIMVS.

Hos infanus amor Martis: belliq; nefandi  
Ardor: Agenoride; septem prope moenia Cadmi  
Aedipode; imperij causa consumpsit. & alti  
Hos maris vndisoni fluctus/cū Pergama classes  
Argolicę peterent, vbi pallida mortis imago  
Desuper incubuit. dum iusto vlciscitur ense  
Tindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe  
Iuppiter: & vitę meliorem tradidit vsum  
Elysiosq; dedit colles habitare profundı  
Littus ad oceani. foelix & sancta propago.  
Hic tibi vernat hum<sup>9</sup>. vbi dulcia poma quotānis  
Ter gremio effundit nutrix vberrima tellus.  
O vtinam non me quinta cum stirpe creassent  
Fata: sed ante mori. seu post licuisset oriri.  
Ferreā nunc ætas/quam curę & mille labores  
Nocte dieq; premunt paulatinq; illius instant  
Exitio: sic dıss placitum sed prospera tanto  
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum  
Nec minus hęc infanda hominū delebitur ætas.  
Cum matura annis illorum tempora cani  
Inficient crines natis nec vt ante parentes  
Nec patribus nati similes: nec ab hospite tutus

## GEORGICORVM HESIODI

Hospes erit sanctum corrumpent foedus amici.  
Et furet arma ciens inter discordia fratres.  
Viuethonorisinops hominum pperata senectus  
Nec pudor effractus senio obiurgare parentes  
Infelix soboles legem & precepta deorum  
Nesciet : inualido non hæc alimenta parenti  
Iusta suo reddet. quid enim quæ iniqua rapaces  
Appetet usque manus vrbes & moenia narrem  
Alternadeleta manu : iurataque fallent  
Numina : iusticie nulli tribuentur honores.  
Pulsa gemet bonitas : illum venerabitur orbis  
Cui mala mens suadet fera crimina. tota iacebit  
Tota quidem orbato tecum reuerentia vultu.  
O dea iusticie soboles en improba ledet.  
Si probus ulluserit quæ contra insurget / iniqua  
Voce furēs fictū affirmās : alitrixque malorum  
Inuidia - incedet fatali turbida vultu,  
Protinus humanas sedes Astrea relinquet,  
Diua suos pariter tendet reuerentia cursus  
Ad superos / nitido velataque corpus amictu,  
Mille recedentes ille mortalibus ægris,  
Non cessanda tamen rerum mala semina linquet

## LIBER PRIMVS.

At nunc te moneam-quanq̃ sapio oīa / iudex  
His intende animū sed quid iuuat ista monere?  
Stultus maiori quicūq̃ resistere tentat  
Vincitur- & magno pœnas subit inde pudore  
Sic ego sum tanq̃ volucris quam præderit astur,  
Prensæq̃ sublimes agitur philomena pauras,  
Hæc dolet infœlix vngui transfixa recuruo.  
Quā contra horribili raptor sic intonat ore-  
Quid misera exclamas-te multum fortior astur  
Te premit/huc adsis quo te meus egerit ardor  
Et quanq̃ bñ/suaue canas/mihi coena futura es  
Si lubet-aut dimissa iterum remeabis in auras,  
Sic fatus tacuit pennatus & impiger astur.  
Tu modo iusticiam cole/nulla iniuria Perse  
Tecum habitet- fatale gerit secumq̃: nec illam  
Vllus amat nisi mens cui vilis & improba surgit  
Vir bonus hanc inferre timet-quā si intulit / acti  
Pœnitet: & magno cōtristat corda dolore.  
Est via iusticiæ melior-qua vincitur omnis  
Omnis ad extremū veniens iniurius ardor.  
Quid dicam q̃ nunq̃ aliquid dementia nescit  
Ni modo passa prius, si quis male iura ministrat

## GEORGICORVM HESIODI.

Peierat & tandem dementi panditur error.  
Eripe iusticiam. corruptus munere iudex  
Ius violat. dolet hæc & nulli visa per urbem  
Tristis it & lachrymans poenam mortalib<sup>9</sup> orat  
Qui violant iura / & recti sacra foedera rumpūt.  
Verum vbi iusticiæ sancti seruantur honores,  
Iudicioq<sup>ue</sup> pares & ciuis & aduena pendent,  
Vrbs viget. augetur soboles. pax læta vagatur,  
Pax iuuenum nutrix / nunq<sup>ue</sup> his fatalia bella  
Preparat altitonans / nullis in rebus egestas  
Imminet. in quemq<sup>ue</sup> nulla est offensio. dulci  
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores.  
Terra quibus large fundit sua semina. & alte  
Montibus innatę mittunt sua munera quercus  
Glandiferę in summo / media tñ arbore mustant  
Vndiq<sup>ue</sup> apū ingentes acies. vestemq<sup>ue</sup> ministrant  
Lanigerę pecudes. per se magis omnia florent.  
Non his externas merces vehit ardua puppis  
Omnia dat tellus. quid enim q<sup>ue</sup> iuncta marito  
Et patribus similes emittit foemina partus?  
Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris  
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.

## LIBER PRIMVS,

Sepe subit pœnas plebs tota miserrima tantum  
Vnius ob noxam-pestis furit atra per urbem,  
Et male suada fames/paulatim deficit omne  
Vulgus/& euacuos ostendunt tecta penates.  
Foemina nulla parit.sic sæuit Iuppiter erga  
Quos male facta iuuât: quî si modo forte cruēi  
Militiæ exercent studiū/mora nulla - sinistro  
Marte cadunt.vel si potius iuuat ire per altum,  
Illorum in medio submergitur obruta puppis.

Vos igitur qui iura datis conuertite mentes  
Ad tales hominum pœnas/diūina potestas  
Mortales circumuolâtans-videt improba quorū  
Iudicia emergunt multorum in damna: deumq;  
Ignorant monitis/genushî mortale pererrât  
Innumeri/tenebris circumfusiq; tuentur  
Iusticiæ sacra iura/domât gen? omne malorum  
Illa quidem virgo est supero Ioue nata parente  
Nominē clara suo/coetuq; verenda deorum.  
Quam si quis violet,lachrymās sua fata-parēt?  
It Iouis ante pedes-& lamentabile fundens/  
Humanos queritq; mores/ac debita pascit  
Supplicia in populos.tu iudex causa malorum

## GEORGICORVM HESIODI

Qui violas sacra iura deę/iā dirige mentem,  
Ius cole-in alterius te nulla pecunīa vertat,  
Damna: nocet sibi qui cuiq̃ nocet/& male sudet  
Ille sibi in quenq̃ si quis male iura ministrat.  
Cūcta videt pater om̃ipotēs/& qđ mihi tecū est  
O iudex/modo si lubeat-speculatur ab alto,  
Nil latet hunc/aut hoc quales tribuant honores:  
Iusticię in populo.quam non ego pectore toto  
Nec mea progenies coleret-postq̃ orbe sub isto  
Spreta iacet bonitas/& ius iniuriā vincit:  
Inuito Ioue ni fierent.hęc accipe frater:  
Hęc animo meditare: iniustum pone furorem,  
Ius quoq̃ frater ama-sine quo genus om̃e ferax.  
Credimus alterno eertatim corpore pasci.  
At nos instituit vitę melioris origo,  
Iura dedit pater omnipotens / ea pectore toto  
Si quis habet/decus æternum-pia premiā reddet:  
Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus  
Peierat-ac merito pensatur culpa nocentis  
Supplicio.offendens ius ille offenditur vna,  
Ex quo obscura quidē/nulli qđ cognita surget  
Posteritas.iusto de sanguine nata propago

## LIBER PRIMVS,

Clara caput tollet/patrio seruata decore.

Hæc q̄q̄ quę referā stultissime concipe frater.

Qm̄ facile innūeras vitiorū amplectimur artes

Haud ꝑcul illa habitāt, breuis est via q̄ sit eundū

Est via virtutis contraria/sudor anhelus

Hanc sequitur/quę se scopulosis ardua cliuis

In longum prorumpit iter-riget aspera primo

Ingressu-leuis est postq̄ alta cacumina tanges.

Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro,

Prospiciens rerum fines meliora sequuntur

Dignum laude virum parentem recta monenti

Credimus, ille tamen sibi qui non cōsultat / aut q̄

Alterius præcepta fugit/vir inutilis extat.

Ergo age frat ades generoso e sanguine Perse:

Non fuge fraternos monitus.operare laborem

Inuideat tibi dira fames/spicaq̄ recenti

Alma Ceres ornata caput sua dona ministret:

Sit tibi plena domus, segnem crudelis egestas

Opprimit /hunc homies odio superiq̄ sequuntē

Tormenti similem fūco-cui spicula surgunt

Horrida distensumq̄ fanis consumit edendo

Semen apum:piger ipse sedet-vitatq̄ laborem.

## GEORGICORVM HESIODI.

Tu modo curā operi: quantū potes: adſſce frat  
Horrea ſic rumpunt meſſes-ſic copia rerum:  
Sic pecus augetur/ſic tu mortalibus aut diſſ  
Gratus eris. ſegnes animos & inertia corda:  
Oderunt operi laus eſt imponere curam  
Turpe ſed huic prohibere manus. incūbe labori  
Forſitan ad ſtudio torpentia pectora vertes  
Dum partas oſtendis opes. virtutis adeptus  
Nomen/& æternum laudis decus. vtere quæſo  
Arte/para victum-violare aliena nephandū eſt.  
Fac ſuperis equandus eas. incūbe labori,  
Nec pudeat: pudor hic multos inhoneſt<sup>9</sup> egētes  
Secum habet. auget opes fiducia-<sup>q̃</sup> melior res  
A ſuperis-non vi. proh rerum infana cupido,  
Proh animis infuſa lues. iam nulla pudoris  
Cura/iacet paſſim longe poſt terga relictus,  
Tu coleris-duce te paulatim corruiſit ille  
Diſſinuſus homo/cui mens intenta rapinis  
Inuigilat. neq̃ enim ſemper foelicia durant.  
Nec minus omnipotens poenis affligit eiſdem  
Qui ſeruum offendit-vel qui ſanctiſſima fragile  
Foedera amiciciae/ſeu qui cum coniuge fratris

## LIBER PRIMVS.

Non p̄uet infandos coitus fraternus adulter,  
Vel q̄ in pupillos audet vim ferre nefandam  
Vel qui in longeuum confecta ætate parentem  
Horribili voce insurgit vix abstinere illi  
Verbera / non impune tamen stat poena nocētī  
Post obitum. depone igitur tam falsa superbę  
Mentis consilia : & melioribus vtere quæso.

Thure pio venerare deos / his tēpore in omni  
Et munde & pure liba / cum clara nitescet  
Sole dies aut cū nox circūfusa tenebris  
Abcondet terras casto torrenda sub igne  
Hostia mañetur / hymnos cane : thura ministra  
Vt tibi dij faueant / immensa q̄ copia rerum  
Hinc tibi nascatur / multis vt egentibus ipse  
Subuenias / non vt viuas germana rapina  
Conuuias inter si vis discūbere / amicus  
Non hostis veniat. primū vicinia. nam si  
Aduersum quicq̄ acciderit de more repente  
Primū illa accurret. quæ si sine vestibus esset  
Nuda etiā veniet quod nō tibi sanguine iunctus  
Non ager iste sibi vestes & omnia ponet.  
Improba damnosa est vicinia / sed proba si sit

## GEORGICORVM HESIODI

Vtilis: hęc igitur cupiēda est pectore toto  
Tanq̃ laudis opus. neq̃ enim lamenta refundes  
Amisisse bouem / proba si vicinia tecum est.

Acceptum metire - & eodem pondere redde  
Vicino / tibi vt hic iterum succurrat egenti.

Res male parta mala ē dānosaq̃ semp: ab illa  
Ergo caue / ne te vincat in amore sodalis  
Illum adeas qui te - fac mutua munera reddas.  
Sponte datum cupias / scelus est letale rapina.  
Quicumq̃ ( & si magnū ) aliqd largitur amico  
Lætatur . quicumq̃ iacit de fronte pudorem /  
Et rapit alterius quicq̃ / intima turbat amicī  
Visceraq̃ & mentem / cui vis illata rapinæ.

Adde parum paruo / paruo superadde pusillū  
Fiet & hoc magnum - infœlix pelletur egestas  
Si modo rem cumules - hominē nec ledit habere  
Cuncta domi - nocet esse foris . q̃ dulce bonumq̃  
Præsens accipere / atq̃ absente carere molestū ē.  
Tunc bene potandum cū plena effundit ab aluo  
Vina cadus - tunc parcus eris cum parte lyeus  
Defluit e mediā / sed cum declinat ad imum  
Spumantes iterum cyathos & pocula sume.

## LIBER SECVNDVS.

Quicquid polliceare hominī seruetur amico.  
Si quicq̃ cum fratre tibi est testem adijce rebus  
Subridēs/nocuit non credere/credere semper.

Neue tuā alliciat meretrix caue foēnia mentē  
Rem totā vorat illa: nimis dum blanda videtur  
Heu q̃p̃ damnosum mulieri est fidere cuiq̃

Rem patris acceptā melius fouet vnic⁹ hæres:  
Augēt & hanc. at tu plures in morte relinque  
Ex te ortos/nam plura pater Saturnius illis  
Attribuet. sed te si cecus tangit habendi  
Ardor adhuc/fragilīsq̃ placet tibi gloria rerū,  
Hęc age q̃ moneā & varios operare labores.

## LIBER SECVNDVS GEORGICO RVM HESIODI.

c Vm cœlo emergūt sublimi ab atlātide natę  
Pleyades/ē trūcāda Ceres moriētib⁹ illis  
Mitte in aratra boues. latitare ea sydera dicunt  
Viginti-totidemq̃ dies/annoq̃ voluto  
Apparent iterum/maturam incidere mēsem  
Rursus & incipiunt dentata falce coloni  
Hāc legē agricolę-atq̃ habitantes littora seruāt  
Aut qui pingue solum-vallosaq̃ tecta tenerent.

## GEORGICORVM HESIODI

Nudus ara nudusq; fere & mete corpore nudo  
Si tempestiuos agrorum ducere cultus/  
Augeri q; illos magnis successibus optas,  
Neue aliena roges interdum pauper egenus.  
Q, si ad nos supplex iterum fortasse redibis  
Non iterum dabimus. iuuat exercere labores  
Improbe ( quos inter mortales diua potestas  
Sortita est ) ne tristis inops cū coniuge mœsta  
Aut cum natorum misera comitante caterua  
Victum a vicino rogites. dare negligit iste  
Bis seu ter fortasse dabit / dehinc si petis vltra  
Proficies nihil : at tu plurima verba refundes,  
Orabisq; iterum frustra tamen : artibus vt te  
Iam pridē admonui inuigila / atq; incūbe labori,  
Dira fames procul hinc abeat. tua debita solue.  
Imprimis tibi condē domū - precioq; ministram  
Dehinc emē - quā possis custodē adiūgere bobus  
Pone domi toto quantum tibi sufficit anno.  
In rebus spes est alienis irrita : nam si  
Hic dare forte neget - tu semper pauper egebis.  
Tempora labūtur - operum quoq; deficit vsus.  
Ad cras rem differre nocet - nunq̃ horrea nunq̃

## LIBER SECVNDVS.

Implet iners: aut qui tempus producit. habēda ē  
Cura operi. turgescet opus. mala mille molestā  
Affliguntq; hominē cui segne & inutile corpus.

Cum bene se posuit rapidi vis ignea Phœbi,  
Ac pater omnipotens fecundis imbribus æther  
Defilit in terras / & languida membra resumūt  
Iam pridem amissas æstiuo in tempore vires  
(Nā breue sol hominū supra caput astat ab alto:  
At de nocte magis currus exercet agando)  
Tunc operū multo ante memor / discinde securi  
Syluam incorruptā / tūc germina desinit arbos  
Fundere: datq; suas volitare per aera frondes,  
In tres tende pedes mortaria / contineat tres  
Pistillus cubitos / pedibus quoq; confice septem  
Temonem - qui si fuerit protentus in octo  
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus.  
Palmarūq; trium rota sit: varijsq; repone  
Ligna efficta modis / validamq; in montib<sup>2</sup> altis  
Quere: vel effuso campi super equore prinū:  
Ac stiuam cōpone: manum qua firmet arator:  
Temonem cuneis dentaliq; alliget imo  
Torqueat & fortes illa durante iuencos.  
Bināq; præterea tectis seruentur aratra

## GEORGICORVM HESIODI

Sic melius. nam si casu discinditur vnum:  
Restat adhuc alius/validos agitare iuuenos.  
Temonem ex vimo viridi seu confice lauro:  
Stipa sit ex pinu. dura dentalia quercu.  
Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno,  
Apta ætas operi matura est: franget aratrum  
Bos iuuenis/minitans iuuenili prælia cornu:  
Et rixam exacuens/opera imperfecta relinquet  
Quere quater decies annorum ætate bubulcum  
Quadrifidus panis & ofellas cæsus in octo  
Sit cibus huic, recto sulcabit vomere terram  
Si maturus erit. studium intermittere arandi  
Iunior; aspiciensq; pares ætate colonos  
Ibit ad hos, ludosq; ciet lasciuia iuuentus.  
Ergo non melior iuuenis/nec semina versq;  
Sparget humi quantū terræ mensura requirit.  
Contemplare etiā cum grus e nubibus altis  
Assiduos agitat clangores/nunciat imbrem  
Venturāq; hyemē-tempusq; indicit arandi,  
Angit & illius mentē cui nulla bouum spes,  
Tunc redeant foeni plena ad præsepia tauri,  
Tūc proprios operare boues & plaustra. sed ingra-  
Nō habeo, dabit hic, facile ē petere atq; negare.

LIBER SECTNDVS.

Mētisinops alius quidenim componere currū  
Tunc volet ignarus / non nouit quantus in illo  
Sit labor & centum compagibus infita lingua,  
Quæ debent multo ante domi prouisa reponi.

Præterea cū tempus adest rescindere campū  
Fortius insistas operi / exercere ministros,  
Nam vertēda duplex tibi sicca atq; hūida tellus.  
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenti,  
Fertilis ut grauida culmus procūbat arista.

Ne te decipiat cum semina colligit ætas.  
Sit noua cui studeas tellus nec arata quotannis.  
Terra recens large natis alimenta parabit.

Plutonē imp̄mis venerare atq; annua sacrae  
Vota refer Cereri cum stiue innixius agendo  
Incipis exercere boues stimuloq; fatigas,  
Sic immensa tibi surgent cerealia dona,

Semina cum terræ cōmittis pone sequat̄  
Seruulus atq; auibus rastro fata læta recondat̄  
Optima crede suuat rerum prudentia cunctos.  
Leditur aduerso qui negligit omnia fato.

Si sit pingue solum: grauidę inclinant aristæ,  
Foelicesq; operum successus a Ioue summo  
Hinc capies / neq; sub tectis extendet arachne

## GEORGICORVM HESIODI

Filla / sed immensę replebunt horrea messes,  
Tunc gaude / & cani florentia tempora veris  
Lætus agas cum te incassum crudelis egestas  
Aspiciť / & parto turgent domus atq; aliena  
Re tibi non opus est / tua pluribus adiumentum.

Fit sterilis tellus medio versata sub æstu.  
Hincq; solo residens imas falcabis aristas  
Auerfos religans culmos / tenuisq; sequetur  
Spes vitę pauci te mirabuntur / ab agris  
Parua sub exiguo referentem farra canistro.  
Difficile interdum mutabile noscere tempus,  
Mobilis & varia est alti natura tonantis.  
At si tardus aras / tardus tibi solus aranti  
Afferet auxilium si largis imbribus æther  
Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto  
Donec replet validi vestigia tauri.

Tēpore q̄ querna residēsq; sub arbore coccys  
Exultat gaudentq; hominū mortalia corda  
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques  
Qui tempestiuo diuertis vomere terram  
His intende animū nec florida tempora veris  
Te lateant: glacialis hyems tibi cognita surgat  
In qua incūbendū est / nec te villa taberna morē

## LIBER SECTNDVS.

Aut narrata loco sub aprico fabula tardet:  
Dum frigent alij vir rem tamē impiger auget.  
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo  
Tempore dira fames tenues facit esse lacertos,  
Elatosq; pedes/ & crura tumentia multo  
Sanguie segnis inops & spe suspensus inani  
Inclinat mentem sceleri/ & meditatur iniquos  
Vnde paret victus hominem spes nutrit egētem  
Irrita cui nihil est/ & tota luce vagatur.

Dū media elapsa est æstas: pperate ministri  
Condite dic casulas/ nam semper non erit æstas.

A Iano mensem dictum caue nubibus ille  
Letalem bobus glaciemq; & frigora ducit.  
Tracius insurgit boreas/ & turbine facto  
Disturbat maria/ atq; comas siluamq; sonantē:  
Alticomas quercus annosaq; robora pinus  
Diruit ex alto/ & valles iaculatur ad imas.  
Siluarū auditur fragor vndiq; sed fera duos  
Arrigit ipsa pilos caudamq; in cruribus angit.  
Quinetiam quibus est villis densissima pellis.  
Perforat ille quidem setosaq; pectora transit  
Nec se defendunt dura sub veste iuenci  
Et misere algescunt hirsuto crine capellæ.

## GEORGICORVM HESIODI

Vincit ouis boream instantem / saltoq; repellit  
Tegmine lanarum - sed non obsistitur illi  
A senibus - curuo facit hos incedere collo.  
Nec tamen ad teneram penetrat boreale puellā  
Frigus / at illa domi cui nondum nota libido  
Matris apd' charæ gremiū sedet - atq; hyemales  
Non sentit glacies / & tota nocte quiescit.  
Atq; oleo teneros interdum perluit artus.  
Tūc polipo dux est gelidis habitare sub vndis,  
Nec videt vnde sibi venetur in æquore prædam,  
Allevietq; famē / proprios dum deniq; in artus  
Vertit atrox rabiē immensam. sic imbrib' atris  
Turbatur mare - sic atra caligine cœlum.  
Sol quoq; ad Aethiopas radios & lumina fundit  
Rarus apud Graios. fugiunt animalia curui  
More senis valles imas & dente trementis  
Concava saxa petunt nemorū tenebrosaq; tecta.  
Tunc q; ne noceant hyemes tibi - protegat art?  
Mollis lena tuos / cui texta ex ordine recto  
Pauca: sed aduerso ducantur plurima fila,  
Sitq; ea crure tenus / vetat hęc p corpora setas  
Surgere / & instanti phibet durescere vento.  
Tegmina sint pedib' taurorū e pelle cothurni,

## LIBER SECVNDVS.

Nec nocet hoc inflare pilis. vt frigora vincas  
Hedorum teneras neruo bouis insue pelles  
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri  
Ne madeant aures borea spirante cauendum est  
Frigoribus. tunc ros coelo diffusus ab alto  
Intus alit Cererem sacros operumq; labores,  
Ille quidem vi ventorum e fluuialibus vndis  
Tollitur in sublime & matutinus in agros  
Defilit/interdumq; expectat tempora noctis.  
Interdum borea nubes agitante procellas  
Vertitur in ventosam hyemē fuge prouidus illa  
Acceleretur opus/pete recta obstantia ventis  
Ne forte obscuro nebularū infusus amictu.  
Immadeas largosq; imbres pluat humida vestis  
Pascua tūc carpant quibus non pingua tauri,  
Quippe arbor leuis & longa sub nocte quiescūt  
Nutrimentū ingens vobis vberima mando  
Agricolę faciliq; dies transire labore,  
Hæc seruanda tibi donec nox equa diebus.  
Atq; iterum satio committit semina terræ,  
At dum sex decies sol arduus occidit vndis  
Hibernum post solstitium sacrosq; relinquens  
Oceani fluctus/sublimi arcturus Olympo

## GEORGICORVM HESIODI

Exoritur primūq; cupit splendescere sydus,

Tunc vites incide / noui neq; nuncia veris

Antiquos iterans quæstus præcedat hyrundo.

Dum tamen immensos effundit pleyas æstus

Profiliensq; vmbrosa petit plantaria lymax

Tellure efficca tunc vinea nulla ligonem

Senciat accelerent vncata falce ministri

Maturam in segetem nec te pulcherrima tempe

Detineant segnem matutiniq; sopores:

Eya age rumpe moras pelle o cía segnia / pelle

Dū vocat alma Ceres / robustaq; collige farra,

Pone domi toto quantum tibi sufficit anno,

Mane operi assurgens operis pars tertia mane

Conficit labor haud grauis est. de mane viator

Longum linquit iter / taurosq; exercet arator.

Præterea sua dum scolimus florentia mittit

Germina: & in ramis dulces resonare cicadæ

Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis,

Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima vina

Fœminaq; vrenti Veneris pruriginæ corpus

Appetit insanos costus lassantur ab æstu

Membra virū / tantumq; potest vis ignea solis,

Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra

## LIBER SECVNDVS.

Fontis ad apricos latices semperq; fluentis  
Murmur aquæ/faciles quam circū leniter aure  
Aspirant: Zephyris plerūq; agitantibus illas  
Hic hilares lætus cyatos & pocula sume  
Rublina: ter infusa magis quę temperet vnda.  
Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet  
Quæ nullos pascant foetus/hic lactea liba/  
Hic tibi siluestris ponatur caro iuuentæ  
Quæ nondū enixa est.hic mollior hedulus adsit.  
Et faceas saturus patula sub tegminis vmbra.  
Surge tamen coelo cum fulget orionis astrum,  
Tempus adest Cereri sacra terat area fruges  
Ad ventos posita/atq; ingenti equata cylindro.  
Nec nisi libate dicantur ad horrea messes.

Postq; aut satis ad victum tibi contulit æstas:  
Continuo-cui nulla domus sit/quere ministrū,  
Adde etiā ancillam quę sit sine prole/molestū est  
Et graue seruitium illius quam cura remordet  
Natorum.blandire cani-panemq; ministra.  
Peruigil ante fores sedet ille-domūq; tuetur  
Dente rapax-furiq; altis latratibus instat.

His propere exactis/foenum paleasq; reconde  
Hemiones quantū satis ac nutrire iuuenkos.

## GEORGICORVM HESIODI

Inde laboranti requies præbenda colono.

Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris

Dum tamen in media cœli statione refulget

Syrius oryoniq; loco splendet eodem,

Et rosea arcturi cernit pallantias astrum,

Tunc vuas tenero abscindens de corpore matris

Per bisquinque dies tenero sub sole iacentes

Pande dies etiã molli stent quinque sub vmbra,

Dehinc torque capiant vegetes iucunda lyei

Munera. sed sydus cum deficit orionis /

Pleyadesq; hyadesq; cadunt meminisse iuuabit

Protinus impresso subuertere vomere teram,

Stat tempestiuo cuncta exercere labore.

Si tamen infestũ iuuat ire per æquor & alta

Puppe vehi moneo ne / qñ ab atlantide natas

Oryon insequitur / totoq; excludit Olympo

Vt videas illas medio submergere ponto,

Nauigio incūbas, mare tunc tollentibus euris

Obscurũ vndosos iaculat ad æthera fluctus,

Tunc igitur faceant religatę ad littora puppes

Saxorum obnixę obijcibus / ne forte ruentes

Discutiant venti / pateat pars ima carinę

Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbre

## LIBER SECVNDVS

Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant  
Pensa : gubernandiq; exploret robora fumus.  
Interea Cereris sacros operare labores,  
Nec prorsus fugiendus ager. labatur in altum  
Aequor amica rat; dū non magis vnda tumescat  
Nec refluunt vasto sublati gurgite montes,  
Vadat onusta tamen censu reditura superbo.

Hic meus ille qdē genitor dum pauper egeret  
Errabat/maria alta secans: fluctusq; pfundos.  
Ille olim Aeoliam Cumā/atq; ea littora linquēs  
Appulit huc-non spe lucri cōmotus auara,  
Durum opus exercere inuisa vrgebat egestas.  
Ille vagus demū prope tempe Heliconia sedem  
Ascream incoluit-coeli in regione molesta,  
Frigore nunc nimio/nunc intolerabilis æstu.  
Tempore qsq; suo iuuat exercere labores.  
Nauigiū ante omnes/cuius si te vlla remordet  
Cura/placetq; altos sulcare per æqra fluctus.  
Dum faciles spirant venti/& furor ille quieuit  
(Ne te inuisa fames alieno viuere parto  
Cogat: & inuitus multorum debitor extes)  
Vade/nec in cymba-sed te vehat ardua puppis.  
Ingentes referant census ingentia mercis

## GEORGICORVM HESIODI

Pondera, præterea quæ sint aptissima nautis  
Tēpora narrādū est / quāq̃ mihi parua p vndas  
Vita fuit - vixq̃ ex illa tamen Aulide cursus  
Litt<sup>9</sup> ad Euboēū : sub qua omnis grētia quondā  
Dum pelago defæuit hyems - conuenit in vnum  
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.  
Inde mihi placuit nō longe ad Calcida cursus /  
Huc vbi magnanimū gē<sup>9</sup> Amphidamātis achiui  
Constituūt populis certamina / & inclyta quōdā  
Munera defuncti ponunt in honore parentis.  
Hic ego me dulcis referentem premia cantus  
Aut ratos memini tripodas - quas sponte dicaui  
Musarū ante aras quibus antra Heliconia curæ.  
Ille vbi me primū dulcem docuere poesim.  
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.  
Dicā aliqd tamē - & varīos pandā ætheris vsus :  
Hæc etiam nobis aspirauere camenæ.  
Aequora tuta legāt instructoq̃ remige puppes  
Cum decies quinq̃ est series exacta dierum  
Æstiuum post solstitiū / & iam deficit æstas,  
Nam neq̃ tunc classes medio nec nauita ponto  
Obruitur / ni forte velit Iouis alta potestas  
Aut de<sup>9</sup> / ipsarūq̃ parens Neptunus aquarum

## LIBER SECVNDVS.

Exitus om̃is in his rerum manet exitus om̃is.  
Vt lenes spirant Zephiri-tranquilla quiescunt.  
Aequora/tunc celerem ventis committe carinā,  
Vadat onusta tamē.reditū properare memento  
Qm̃ prius ipsa nouos fundunt vineta liquores:  
Autumnūq; imbres & hyems infesta procellis,  
Aut notus insurgat pluuiā rorantibus alis,  
Incubatq; mari-totumq; euoluat ab imo.  
Exercentq; etiam studium nauale sub ipso  
Vere nouo-cum se tam latas arbor ab alto  
Induit in frondes-quātum vestigia cornix  
Pandit humo depressa/silet tunc nabilis vnda  
Ast ego nauigium graue tunc semperq; molestū  
Crediderim/hoc naturæ hoies leuitate nefanda  
Subtrahere: agitant diuersa pericula fluctus.  
Et tamē ire placet/quanq̃ mors dura sub vndis  
Dimitte sunt vita hominū/atq; insan<sup>9</sup> habendi  
Ardor, ad hæc animū germane iurēde parump  
Concipe fraternos monitus/maria alta secādo  
Fac tecum ne cuncta vehas/maiora referua  
Nec nimis est oneranda ratis-sit ponderis æqui  
Quicquid in hac dux est aduerso occurrere fato  
Fluctibus in medijs/currus discinditur om̃is

## GEORGICORVM HESIODI

Sigrauius superinstat onus, seruare memento  
Mensuram in rebus/ & idonea tempora ad vsus

Cum ppe ter decies tibi vita elabitur annos,  
Connubium maturū aderit: decimūq; puella  
Exigat & quartum/ sed quinto nubat/ & illa  
Virgo sit/ atq; habitet ppe te- cui sedulus adstes,  
Sedulus inspicias artemq; vsumq; puellæ.

Hæc age/ ludibrio ne te vicinia cantet.

Coniuge nil melius casta. nil turpius illa  
Quæ venerē prurit sine fine- & pstat ad omnes  
Semper, & exitio superimminet illa virorum.

Nemo etiam fratris in amore equetur amic⁹,  
At par si quis erit sit amand⁹ tempore in omni  
Nulla ex te inceptum foed⁹ discordia soluat.

Mentiri scelus est- prestat cōpescere linguam  
Infandam si vim tibi quisq; inferret amicus  
Aut ore aut manib⁹/ surge & vlciscere- redde  
Redde vicem duplicem / q; si illum poenitet acri  
Ac poenam implorans/ iterū te exoptat amicum  
Suscipe: vile qdē est hoies noua querere semp  
Fœdera amicitiaē. multos si frater amabis  
Non laudo- nullos etiam- medium sit in isto.

Si tibi corda tumēt- vult⁹ non indicet iram.

Turpe seq; sceleratū hoīem. maledicere cutq;

## LIBER SECVNDVS.

Infandum est / qui iam vita laudatur honesta.

Nunq̃ a tenuūq̃ misera obiurgetur egestas  
Diuinum donū est - diuumq̃ æterna voluntas.  
Illa quidem quæ sæpe viri sublimē molesta  
Impedit, ingeniumq̃ vetat super alta leuari.

Qui loquit̃ parce: linguā nec omnia soluit:  
Thesaurum prę se gerit ille - ea gratia magna est  
Vt linguam moderes - pēlataq̃ verba loquaris.  
Si quenq̃ verbo ledes / lederis & ipse.

Grata in amicorum venias conuiuia sumptu  
Communi - dato particulā / gratissima sunt hæc.

Arce Ioui vinum - seu dñs de mane capēdū est  
Illota libare manu / tum vota precando  
In cassum fundes nulli exaudita deorum.

Solis ad aspectū nec quenq̃ mingere fas est,  
Nocte sub obscura recto neq̃ corpore nudo,  
Nox quia sacra deis - media nec credimus illa  
Posse licere via / ni declinetur ab illa,  
Esse etiam vetitum diuis - vir & omnia noscens  
Hærens parietibus sedet atq̃ exponit vrinam  
Intus vbi orbatę tenuis latet angulus aulæ

Nec coitu polluta sacros genitalia pandas  
Ante ignes: neq̃ cū dulci tibi coniuge præstet  
Cōcubitū vt gemeres / dū mœsto a funere tristi

## GEORGICORVM HESIODI

Mente redis / superum sacra seu lætus ab ara,  
Credimus inuisum superis semperq; molestū  
Qui natat assiduo labentia flumina cursu  
Qm̄ prius ablueritq; manus pia vota q; p̄cesq;  
Fuderit ante ipsas supplex orauerit vndas.

Infandū ante aras vngues incidere / cum dijs  
Sacra facis, scelus est cyathos imponere vasi  
In quo vina latent sacros operare lebetes:  
Nil tibi cū in sacris etiā hinc lauisse nefandū est

Perfice tecta prius q̄ cornix garrula ab alto  
Nunciet atrā hyemē ruit hæc inimica procellis

Fac sedeat bissex quib⁹ ætas exigit annos  
Aut toridem menses natorum chara propago  
Sede sub instabili / iuuat hoc omnemq; repellit  
Segnitie facit esse agiles / & ad om̄ia promptos  
Foedum & turpe vix est thermis muliebrib⁹ uti.

Hoc prorsus fugiendū etiā stat talib⁹ atrum  
Suppliciū / ante aras superx obliurgare nefandū ē  
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.

Nec licet in fluuio / neq; fontē mingere i vndā  
Est quoq; turpe aliud vetitū. fuge pessima famæ  
Noīa. fama malum facile in sublimē leuatur,  
Est graue sufferri nimīū nimiumq; molestum.

## LIBER SECVNDVS.

Difficile vt taceat - nunq̃ delebitur illa  
Sedula quæ varias populi penetrauit ad aures.  
Est dea fama quidem / sunt ipsi numina famæ.

Sit tibi præterea series seruanda dierum  
A Ioue ante omnes - sunt a Ioue tempora nata:

Vltima mensis erit nullo exercenda labore,  
Hac genio vtendum est - illa omnes festa p̃ vrbes  
Ducitur - illa forum claudit - neq̃ iura resoluit,

Prima notanda dies / & q̃rta - & septima / priã  
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.

Luce domũ quarta fœlix ducenda sit vxor  
Omne çaptato - sunt omnia prospera rebus.  
Et licet incuruam trabibus componere nauim.

At quinta fuge / nanq̃ illarum pallidus orcus  
Tum dire eumenidum facies toto orbe vagant̃,  
Castigant : si qua in terris periuria falsum  
Affirmant - quę lis alterne agitata creauit.

Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortũ,  
Læta viris - multiq̃ etiam nascuntur in illa  
Quis mala mens / fallax animus - fallatia verba  
Et qui concubia exercent arcana per artem.  
Hac ouium foetus licitum castrare : vel hædos,  
Et licet infixa pecudes circũdare mandra.

## GEORGICORVM HESIODI

Scindimus octauo fortí genitalia tauro,  
Castramusq; sues. Foelix est ponere plantas  
Nona viros gigni/vel amica sorte puellas.  
Luce feris decima faustos quoq; credimus ort?

Vnaq; post decimam foelix incidere vites,  
Et tempestiuam segeti supponere falcem  
Hæc curat. bissexta etiam foelicioꝝ illa.  
Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne:  
Ingentem accumulât formicę farris aceruum:  
Et iuuat arguto percurrere pectine telas,  
Tunc quoq; syluestres licitū castrare iuuenços.

Tertia post decimā plantaribus optiā surgit  
Spargere semen humi-pallet contraria semper.

Quartaq; post decimā mulierū p̄spera natu,  
Ac p̄nsoꝝ domitare boues: validosq; labori  
Hemiones/canibus faciles adiungere cultus,  
Et lenire manu-pecudiq; imponere mores,  
Atq; aperire cados & dulcia fundere vina.

Sextaq; post decimā plantaribꝰ inuida surgit.  
Opportuna viros nasci/sed iniqua puellas  
Aut nasci-aut thalāos petere atq; h̄erere maritis

Septia post decimā Cereris terat ordea sacræ  
Ingentemq; licet ferro discindere siluam,

## LIBER SECVNDVS.

Ac varias aptare trabes/quibus ardua tecta  
Moliri/aut structam possis agitare carinam.

Nonaq; post decimā foelix est cum dea surgit  
Lutea : sed medium coeli cum venit in orbem  
Sit grauis/ex media ad finem lætissima fulget.

Proxima lux sapientē hominē diuīa creandi  
Insigni viget offitio. Ne luce dolendum est  
Post illam quarta/læta est, ea læta trahantur  
Gaudia. quāta dies post hāciuga curua iuuentis  
Ponit : & hemiones/& colla exercet equorum,  
Altaq; veliuolas deducit ad æquora puppes,  
Et noua componit dulci sua vasa lyco,  
Quam pauci nouere & recto nomine dicunt.

Sunt harum humano generi seruanda dierū  
Tempora/q;ppe illud magnis successibus augēt  
Sunt alię ancipitesq; tamē sine mente-neq; vilo  
Officio excellūt-hanc alter laudat & illam,  
At paucis natura illarum cognita surgit,  
Nam tunc ipsa dies totū complectitur orbem  
More piæ matris/seuæ modo more nouercæ,  
Nunc fulget-nunc atra latet foelixq; beatus  
Ille quidem fertur/q; dijs/cui cognita sunt hæc:  
Omniaq; inspicieus rerum se exercet ad vsus.

Ex officia Melchiarꝝ Lottheri M,D,XVI.